

*Ad Virum Clarissimum & Acutissimum*

N I C O L A U M  
E N G E L H A R D U M  
PHILOSOPH. PROFESSIONIS  
MUNUS AUSPICANTEM.

E L E G I A.

NON nisi regales animos dignata movere  
Pieris, ingenii quae tibi cura mei?  
Aestuet interdum licet ignea mente facultas,  
Igneus adflati pectoris ille calor,  
Et sublime volans agitatâ Spiritus alâ  
Calcatam domino sub pede linquat humum,  
Marcida Barbaries, & iniqua volantibus aetas  
Celsius, inceptum saepe moratur iter,  
Ut modo confringam nervos, modò segrege  
cantu

Ut mihi, non aliis, pauca canenda canam,  
Apta tamen, nisi me generosa superbia fallat,  
Et quibus abjectum Musa sit ulta genus,  
Futiliumque nucum pertaesa recolligat ignem  
Subsidiis animi divitiisque mei.

At

At quia Tu tenui pangi Tibi carmina lusu  
Poscis, & ut poscas jure, subinde facis,  
Pangere pauca libet, tantoque libentius, ipse  
Condere Palladius quòd videare dapes,  
ENGELHARDE, decus gravium sublime Vi-  
rorum

Cui vigil Uranie, sponte reclusit opes;  
Uranie coelum, coelique volubilis orbes,  
Quicquid & aërio volvitur axe, notans;  
Cui Natura parens formosi moenia mundi,  
Nec dubiè rerum nomina nosse dedit.  
Mente, relegatis erroribus, abdita lustrans  
Dum sequeris, vasti quâ patet orbis iter;  
Perque tot aërias curris vagus undique sedes,  
Per maris & terrae juncta theatra mari,  
Per quicquid gremio tellus premat ima capace,  
Quicquid Avernus alat, quicquid Olympus  
alat;  
Et per Taprobanen, per & ultima litora Thules,  
Ac Nasamoneae sidere tosta facis.  
Atque animo polles imos penetrante recessus,  
Nec labor est manuum, nec labor inde pe-  
dum.  
Fulmina cur feriant vicina Ceraunia coelo;  
Quî mittat dextrâ tela rubente Pater;

Quae

Quae mōveat nimbos ratio, quo carcere ventus  
Profiliat celeri mobilitate ruens;

Quae natura Gravi; quā sit celer impetus  
igni;

Quae spatii ratio; quisque vel unde calor;  
Quodque magis reliquo censu, magis omni-  
bus istis,

Si modo, cum libeat, dicere vera licet,  
Quae Vitii species, quae sit Virtutis imago,  
Quam jubar & falces regnaque cuncta de-  
cent.

Excelsum est aliquid Virtus, regale, coruscum,  
Intrepidā, nixum conspicuumque base,  
Indelassarum, coelestis origine fulgens  
Seminis, aeternum, sufficiensque sibi.

Turpe, fugax, & humi repens, servile, Vo-  
luptas,

Censendum casā vix nuce, lucis inops;  
Cui statio est fornix, & iners sine teste lū-  
panar,

Atque olidum fractis usque cubile vitris.  
Virtutem invenies in templo rite, foroque,  
Pro muris stantem, pro Lare, proque focis,  
Pulverē squalentem formoso teste laboris,  
Sole coloratam saepius, imbre gravem,

G

Pectore

Pectore nudato nimis undique & undique ple-  
nam

Vulneribus, tunicā diffiliente, suis,  
Callosasque manus induratasque gerentem,  
Dum vigil in patriā pro patriaque stetit,  
Sede Voluptatem tacitā latitare videbis,  
Captantem tenebras, & loca sola sibi,  
Udaque, quae metuant Aedilem, balnea, pri-  
scum,

Quae Cato, quae Curius, quae Numa quis-  
que notet,  
Assyriis madidam fucis simul ora genasque,  
Enervem, fractam, quam levis umbra fuget.  
Haec Sophus ille Tuus, quem Tu recidivus  
Apelles

Eloquio facili tam bene pingis, agit;  
Haec docet assiduis scrutans Bona vera monelis,  
Exhibet haec praestans moribus ipse suis.  
Cum nucibus vulgo cariōsa putamina linquit,  
Quae possunt animos sola movere leves.  
Plebs vitra fracta legat, plebs sparsa coralia  
circum.

Litora, nil solidi, nil habitura boni.  
Mysta tuus non haec, non haec tuus ille Sa-  
cerdos

Igneus

Ignescit & divis proximus unus avet.  
 Vana jubet pueros captare crepundia passim,  
 Inque suis stultè quaerere magna fabis;  
 Ipse, volubiliū rerum procul exule curâ,  
 Se super & nubes & super astra levat.  
 Abrogat haud motus animi, moderatur eosdem  
 Sed pugil imperio stansque valensque suo.  
 Ipse sibi Dominus, civis sibi masculus ipse,  
 Ipse sibi Consul, subditus ipse sibi.  
 Aestimât haud quicquam primâ Sophus ille  
 figurâ,

Quaeque recessuro picta colore nitent.  
 Intima ruspatur, rerum videt esse medullas,  
 Et nimis abstrusos, quos tegit umbra, sinus.  
 Nil praeceptis, cuius se poenituisse pudebit,  
 Seu taceat potius, sive loquatur, agit.  
 Jure Tibi placeas, quod tam bene pinxeris  
 istum,

Et colat & servet quem Deus ipse, Virum.  
 Mista Pericleae sonuere tonitrua Suadae  
 Dulcibus eloquii nectareisque favis.  
 Saxa novo tangi poterant Amphione viso,  
 Cumque suis biberent auribus ista fores.  
 Adplausisse Tuis Sermonibus, auspice Phoebos,  
 Humanum pridem quis neget, oro, genus?

Di

Di tibi te similem praestent; Di munera ser-  
 mibus abeunt; *Virg. Georg. lib. 1. v. 100.*  
 Quae facili plenâ macta dedere manu  
 Ne lateat tenebris, descendit ad ardua Virtus,  
 Cujus ope ignoto non licet esse Tibi  
 Plus, Vir amice, nequis forsant sperare, nec  
 audeas.

Militem auspicio ventus & unda tuo.  
 Denferi videas alacris, precor, agmina pubis,  
 Et juvenum pronos in tua verba globos.

*Collegae Honoratissimo*

JOHANNES HILDEBRANDUS

WITHOFFIUS

Historiar. Eloquent. & Graec.

Ling. Prof. Publ. Ordinar.

Pag. 21. lin. 9. lege (, idem accidat) Pag. 34. lin. 20. lege (con-  
 tractaque fronte) Pag. 35. lin. 15. lege (mitem) Pag. 56.  
 lin. 8. lege (quas.)